Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36489
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Hec imperare. hec rogantibus tribue. Quod primum labor tuus inci
pit ab infamia? Cur translaturus heretica in defensionem eorum
premittis quasi martyris librum et id romanis ingeris auribus quod translatum
totus orbis expavit? Aut certe si ideo interpretaris ut eum here
ticum arguas, nihil de greco mutes. et hoc ipsum prefatione testare.
Quod prudentissime papa anastasius in epistola quam contra te scribit
ad episcopum iohannem. suo sermone complexus est. me liberans quia id
quod feci. et te arguens quia facere noluisti. Ac ne forsitan hoc quoque
neges. subieci exemplum eius. ut si non vis audire fratrem monentem. au
dias episcopum condempnantem. Dicis te non esse defensorem neque assertorem
origenis. Iam nunc perstringam et librum tuum. de quo infamosa illa prefa
tiuncula. preclari operis tui his verbis loqueris. Cuius diversitatis cau
sa plenius tibi in apologetico quem pamphilus in libris suis scripsit.
edidimus brevissimo libello superaddito. in quo evidentibus ut ar
bitror probationibus corruptos esse in quam plurimis ab hereticis et ma
livolis libros eius ostendimus. et precipue istos quos nunc exigis ut in
terpreter, id est PERIARCHON. Non tibi suffecerat eusebii vel certe ut
tu vis pamphili pro origene defensio. nisi quod ab illis minus dictum
putabas. tu quasi sapientior et doctior adderes. Longum est si velim
totum librum tuum huic operi inserere. et propositis capitulis ad sin
gula respondere. quid in his uitiorum sermo habeat. quid mendacior
assertio. quid inconsequens textus ipse proverbiorum. Unde laciniose
disputationis fastidia fugiens et in artum verba compingens. tan
tum sensibus respondebo. Statim de portu egrediens impegit navem.
Referens enim de apologia pamphili martyris quam nos eusebii arri
anorum principis probavimus. de qua dixerat prout potuimus vel res
poposcit latino sermone digessimus intulit. Illud est quod deside
riorum vir machari admonitum volo. ut scias hanc fidei quidem re
gulam. quam de libris eius supra exposuimus esse talem. que et amplecten
da sit et tenenda. In quibus enim his catholicum inesse sensum evidenter
probatur. quamvis de eusebii libro multa subtraxerit. et in bonam par
tem de filio et spiritu sancto rursus sit commutare. tam multa in illo scan